

A sagittâ volante in die, à negotio perambulante
in tenebris; ab incursu et dæmonio meridiano.

Cadent à latere tuo mille, et decem millia à
dextris tuis; ad te autem non appropinquabit.

Verumtamen oculis tuis considerabis, et retribu-
tionem peccatorum videbis.

Quoniam tu es, Domine, spes mea; Altissi-
mum posuisti refugium tuum.

Non accedat ad te malum, et flagellum non
appropinquabit tabernaculo tuo.

Quoniam angelis suis mandavit de te, ut cus-
todiant te in omnibus viis tuis.

In manibus portabunt te, ne forte offendas ad
lapidem pedem tuum.

Super aspidem et basiliscum ambulabis, et
concubabis leonem et draconem.

Quoniam in me speravit, liberabo eum; pro-
tegam eum, quoniam cognovit nemen meum.

Clamavit ad me, et ego exaudiui eum: cum
ipso sum in tribulatione; eripiam eum et glorifi-
cab eum.

Longitudine dierum replebo eum, et ostendam
illi salutare meum. Gloria.

Psalmus 133.

Ecce nunc benedicite Dominum, omnes servi
Dominii.

Qui statis in domo Domini, in atriis domus Dei
nostris,

In noctibus extollite manus vestras in sancta,
et benedicite Dominum.